Anno 1532 d. 14 Apri Ex. Ms. J. B. Zal.

Andreas Cricius Episcopus Craco
Sigismundo Regi Poloniae

91

Sacra Regia Majestas Dne Dne Clementissime

Humillimam mei commendacionem, Quod Valachus Inducias a Mte Vra concessas non nisi iniquis conditionibus suscipere voluerit, multa sunt praeter Tartaros et Moschos, in quibus fortasse confidit, quae suspicari et metui possunt, inter quae non postremum arbitror, quod Nuncius ille quem Majestas Vra ad Turcum misit, tam diu non redit, sive enim ille retinetur apud eum et tum suspectus esse debet Mti Vre Imperatoris Animus, sive non pervenit, ad illum per insidias aliquas interceptus, et tum animus Mtis Vestrae merito Turco suspectus esse potest, qd de terra Valachie nihil secum agat, uti se velle indicavit, vel de his eventibus nihil illi significet, potest etiam Valacho non nihil animi addidisse concessio induciar a Mte vra longior quam ille postulavit, si ita est ut fama accepi set neq desunt, qui tranquillitati Mtis Vestrae prorsus invident, etiam ex his de quorum pace Mtas Vestra est sollicita, quod ego ex quorundam sermonibus aliquoties notavi unde me tuam ne quod tanto tempore in Moschovitico bello componendo idem in hoc quoq agatur. Quomodocunq res habet.

non temere est, quod ille victus neglectis riducis erga hac a Maiestate Vestra, quae victores a victis exigere solent, res quoque omnino parvipendenda et negligenda non est, praesertim cum ubique tuta est fides, ita apud Valahos prorsus nulla. Quo pacto autem Mtas Vra tantis periculis et insidiis obviare debeat, mihi quidem consultu difficillimum est Nam conquiescere in tam pauco praesidio ex Publicis contributionibus hujus Anni locato, inconsultissimum videtur, movere vero generale bellum, periculosissimum, primum ne Turcorum Imperator offendatur, qui Terram illam suam nuncupat, deinde quod Generalis expeditio decreto non est in novissimo Conventu ad Annum praesentem, sed futurum, unde motus et perturbatio aliqua intestina sequi posset, Contributiones autem decretae per literas vestras sistentur Utcunque tamen sit, providendum est opportuno remedio huic periculo et ex his incommodis eligendum quod magis expediat, mea quidem sententia amittende celerius literae in virum primam, et secundam vestram nulla de Valahis mentione facta sed tantum contra vim insperatam Tartarorum quandoque 6 venientium iam prima rata Contributionum edita est, et antequam altera erit edenda res in aliquam partem inclinabit, Turcis vero praetensa causa offendi non poterit, et Valahis hac fama generalis motionis

spem

spem moliminum suorum forte demittet. Maiestasque
Vestra in omnem eventum paratior erit, ut nemi
ne siquid adversi evenire culpari posset. Interim
pax vel induciæ tractandæ, citra moram, per eosque
Operam suam, qualemcunque afferunt, non concedendæ
quidem iniquæ et inhonestæ conditiones sed tamen
arbitrium aliquod non detrectandum, præsertim de
his quæ citra dispendium et ignominiam concedi
possunt, ut sunt captivi et similia. Super omnia
vero Turcus legatione aliqua honesta non negligen
dus et in fide ac amicitia retinendus antequam
partes aliquas Christianas invadat. Quod tum
indecensius factum, minusquam utile et quodam mo
do impium videretur, atque utinam illum dudum Ma
jestas Vestra et præsertim post felicem Coronatio
nem Sui Filii sui Domini Nostri Clementissimi
invisisset, et pacem novam et longissimam, coniun
ctim suo et Filii sui nomine, cum illo pepigisset.
id enim Omnium tutissimum et Nobis et Unga
ris semper arbitrabar. Nam tales per particulas
annorum Induciæ nihil aliud quam suspicionem
illi pariunt occasionem, contra ipsum expectari
set et tempora hæc postulant, ut potius juxta neces
sitatem quam iuxta dignitatem, quisque rebus suis
consulat, quod et Turcus ipse, cum ei commodum

esse facit.

& simuates Nostri nunc facere non erubescunt.

Hac non ideo subjunxisse volui, quod metuam rui-
nam aliquam, Nostram vivente Majestate Vestra cum
qua est, Manus Domini propicia, sed quod verear
ne in posterum cum omnium rerum sit vicissitudo & tot
circumquaque hostilitates, & pericula immineant. Re-
gnum hoc non perinde subsistat, Cujus rei satis
est exemplo Ungaria sua Regum Patris et Filii
vicissitudine commendo me etiam, humiliter Sacrae
Majestati Tuae, quam Dominus Deus, unicam
secundum Deum spem & salutem Nostram ser-
vet, Nobis diutissime sospitem & felicem

Coltonie d. 14 Aprilis Anno Domini 1532.